



## BRACARÆ

quatuor, quas Ant. Imp. Bracara Asturicam descriptit.

C. Via antiqua Imperatoris Antonini, in aquas calidas, vulgo Oriense.

D. B. Annæ ædricula, quam columnæ XII. à Prætoribus Rom. variis quondam in locis erectæ, literisque incisæ, cingunt atque exornant.

E. Fons amoenissimus in medio luci, quæ & Silva Primatalis, perdicum ac leporum abundantia celebris.

F. Urbis præsidium.

G. Seminarium Adolescentum, ad normam Tridentini Concilii erectum.

## AUGUSTÆ.

H. In hunc locum Reverendiss. Augustinus Archiepiscopus, novum sacrarum virginum cœnobium transfert.

I. In hoc loco quondam Romanorum cœterium fuisse creditur, Nunc, Campus Vineæ dicitur.

K. Hæc via una ex quatuor est, quas Ant. Imp. Brac. Asturicam descriptit.

L. Hic Urbis Arcem Romanorum tempore fuisse fama est.

M. S. Sebastiani ædricula, ubi forum Romanorum fuisse constat.



## BRACARÆ

## AVGVSTÆ



Racaræ Portugallæ, quæ interamnis, antiquissima civitas à Gallis Celtis, qui ista loca occuparant, tanquam à Gallis Braccatis, qui eam considerunt, sic appellata. Alii Bracaræ originem ad Carthaginenses auctores referunt, & à Bragadis Bragada (alii tamen aliter appellant) fluvii accolis conditam, & appellatam affirmant. Quacunque tandem censeatur origine, illud constat, perantiquam urbem, ante Romanos fuisse, ut Augustæ titulo ornaretur, & ab ea, quicunque habitabant inter Durum & Limiam populi, Bracari dicerentur, in quibus debellandis, multos Annos Romani sudarunt. Ausonius Poëta, qui circa tempora D. Hieronymi scriptis, in Catalogo urbium illustrium Bracaram, Emeritam, Cordubam, Tarragonem, quatuor præcipuas Hispaniæ civitates ponit; unde colligimus, usque ad tempora Gothorum, florentissimam fuisse Bracaram, non solum conventu Romanam, sed etiam sede Metropolitana, tantæ authoritatis, ut quum S. Turribus Austriensis Episcopus, jussu B. Leonis Papæ, contra Priscilianistas Synodum totius convocasset Hispaniæ, de cœnacis Concilii, ad Baleoniam Bracarensem miserint Episcopum, tanquam quæ cuperent ipsius auctoritate confirmari.

Hanc Annorum 40. obsidione tandem expugnatam sub sua ditione, annis ferè quingentis Romani tenuere, cui & Augustæ nomen inde derunt. Fuit in hac urbe primum Juridicus conventus, unus è septem, citerioris Hispaniæ veteri more institutoque Romano, unde auctore Plinio urbes quatuor & viginti jus petere consueverant. Hinc ab Antonio Pio quinque itineraria militaria in varias Hispaniæ partes describuntur. Hanc urbem Ausonius Poëta divitem, atque opibus florentem vocat. Sed & priscis majorum annalibus perscriptum extat, Regum Suevorum antiquam, sedem fuisse Bracaræ Annis 70. supra centum, & sub Gothis annis 127. floruisse, quam & Alfonso I. hujus nominis primus, cognomento Catholicus, Hispanorum Rex primam inter omnes Hispaniæ Metropolitanas urbes, ex Saracenorum tyrannie in pristinam libertatem vindicavit, Anno 740. Hic Regum Portugalæ primus sator Henricus Comes (Guidonis Comitis Vرنohensis & Brionensis filius) Alfonsi Henrici primi Lusitanæ Regis pater, in templo maximo, quod ipse erexerat, sepultus est. Sed longè majus urbi decus è rebus sacris accedit. Nam Christi Opt. maximus fidei comp-

plexa est, D. Petro, S. Jacobi Majoris discipulo prædicante, vix post annum decimum, quo idem Dominus subacta morte in cœlum victor ascenderat. Colitigitur Bracara, ut patronum, eundem Petrum martyrem suum primum Archi-præfulem, unâ cum tribus aliis suis itidem S. Pastoribus, Martino, Fructuoso, & Gerardo, quibus veluti quatuor columnis Bracensis Ecclesia fulcitur & fulget. Multum sanguinis olim pro Christo effudit, dives osto Sanctorum corporibus, alisque innumeris reliquiis, ornata templis, nobilitata Patrum Concilii, decotata sodalitiis rite institutis, totius Hispaniæ primum antiquissimo jure ibi validat; qua de re cum Toletana sede vetus ei lis est, cujus invenit Honorius III. in cap. Coram, de in integrum restitut. Quæ tamen lis ab ejusdem Pont. Max. tempore ad nostram usque statu. Pont. Rom. est Bracara in ea parte regni Portugalæ, quæ regio Interamnis dicitur, à duobus, quibus clauditur, fluminibus. Durio & Minio memorabilibus. Est in quinto climate, gradus habens longitudinis 6. latitudinis duos & quadraginta a semis, distataque ab Oceano leucas quinque. Civitas pleno jure suo Archiepiscopo paret, sive spiritualem jurisdictionem spectes, sive temporalem, multò quondam frequentior nunc incolarum numerat ad duo millia. Fruitur magna cœli, ærisque clementia, insigni agrorum ubertate, & amoenitate quod ei beneficium commune est. cum hac tota regione Interamni. I complura de hac urbe scitu digna in tropoli Bracarensi invenies, quam De lucem edere meditamus illustrissimi primatis Augustini auspiciis, cuius etiam jussu auctoritate universam diœcensem perultravimus, & in tabula non omnino negligenter expressimus montes, urbes, fluvios, oppida, parœcias, ædilia, ac itinera geographica delineantes.

Hæc Gaspar Alvarus Machiadia, Historiographus S. Bracarensis Ecclesiæ.

A. Aestes fluvius, cuius fontes in Spin Monte, quatuor à Brac. Aug. miliaribus distant, vallem amoenissimam urbi adiacentem irrigat, multis hortis, pomariis, pratis, viridariisque excultam. Illud mirabile, arborem nullam ex Medicæ Mali generibus creat, quibus alioqui hæc tota Provincia abundat. Urbem alluit, atque in Avum, majoris famæ fluvium prope antiquum oppidum Villam Comitis influit, hunc & falso quidam Zethen vocant.

B. Via, in Vimarianum oppidum S. Pontificis Damasi ortu clarissimum. Hæc viæ una est ex quatuor,